



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

118. An si allegata copula, & exinde jactura famæ, & scandali; si verè
justa adsint, Papa dispensemset, dispensatio sit irrita, copula non sequuta? Et
an si in ipsa petitione plures proponantur causæ, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

certio in
principio.

Vagiarum. cap. 25. num. 5. Iudicabitur autem utramque insufficientem esse, quando ex quacumque illarum eorum non solet concedi dispensatio. At si una causa sit sufficiens ex consuetudine, & stylo; & ea vera, alia autem, quae additur sit falsa: communior sententia est, quae docet, valere. Quod verum est, etiam si falsis certibus ea causa probetur, dummodo illa vera sit. Hac Pontius, & ego.

RESOL. CXVII.

An si allegata copula, & exinde iactura fama, & scandali, si vere iusta ad hanc Papam dispensatio sit irrita, copula non sequitur?

Et an, si in ipsa petitione plures proponantur causae, debant omnes ad hoc, ut dispensatio valida sit, verificari?

Et an sola expressio causa falsa finalis, qua si vere exprimeretur, non concederetur dispensatio, dispensationem irriter?

Et in §. ultimo huins Resolutionis alias causas valde notandas adducuntur, qui sapientia contingit in praxi, & ex quo etiam deducuntur alii diversi casus. Ex p. 8. u. 3. Ref. 65.

Sup. hoc ex §. 1.
doctrina
Ref. praec-
dicit signan-
ter in §. 2. ad
lin. 3. & supra
in Ref. 102.
§. Dieo ter-
tio. ad lin. 7.
& leg. do-
ctrinam Ref.
101. & signa-
ter veri-
Quarto re-
spondemus.
lin. 6. ante
finem. & ex
Ref. 101. §.
penult. & ult.

M Vhi afflamiati respondeunt; & inter illos Corduba in summa, quæst. 45. vbi ponit hunc casum. Pedro, & Maria primos hermanos en Segundo grado; se tuvieron grande amor y conuersacion demasiana: de manera que fue sin copula: por lo qual hubo grandes sospechas y riñas entre parientes. Ellos para remediar esto, y satisfacer a su amor, dieronse los dos manos secretamente dolante dos, oires testigos, y con juramento se recibieron por palabras de presente, por marido y muguer, con que el trunfeto del Papa la dispensacion para casarse in facie Ecclesie. Y assi el fue a Roma con harto trabajo por ser pobre: y por medio de un curial, alrango del Papa una comision para en perlado de este Reyno, que por quanto Pedro y Maria, primos hermanos en segundo grado anian intentado casarse, y anian confundido el matrimonio, y aun por ventura de la tal copula ella quedaria preñada: de lo qual ania escandalo y se temia mayor: y por tanto su sanctitud a peticion de los dichos cojinetes fuo autoridad al dicho parlado, para que hecha la informacion, si assi era dispensasse con ellos que se casassen in facie Ecclesie, y les diese penitencia laudable.

2. Anida este comision, dixole el Curial, que no la puio alcanzar de otra manera, sino haziendo falsa relacion, diciendo, que ania tenido copula la qual no ania havido; y que para hazer verdadera esta relacion, era necesario procurarla auer la copula, antes que el perlado a quien esto se cometia dispensasse: porque en la informacion que antes ania de hazer balbuce que ania anido la copula, porque de ora maniera no dispensaria. Y assi se hizo, que quel Pedro buelto de Roma dixo a su esposa Alaria que trayra todo recado, y que ora maniera primero, que dispense el perlado, auer copula, porque juran la verdad en la informacion que se havia de hazer. Y ella assi lo creyo y tuvieron la copula, aunque ella entendio, que pecava en ello antes de la dispensacion. Y assi al tiempo que se bió la informacion juraron, juraron diciendo la verdad, que despues de trayda de Roma la condicion del Papa. Y assi dispensasse aquél perlado con ellos, que se casassen, como se casaron in facie Ecclesie, y los absoluo de la censura y los dio su penitencia, conforme a la comision. Y despues de algunos dias, que havian y assi vid a maridale, ella en una confession tratando la maniera de su casamiento,

supo que no estauan bien casados, por auer sido la dispensacion subreptita. Preguntas agora, si es valido esta casamiento: y sino que remedio podia haver en ello. Ita ille. Et postea respondit tales dispensationem fuisse subreptiam. Pues, ait ille, consta claramente, por el dicto del Curial, que alcanço esta dispensacion, que la relacion falsa que bió a Sabiendas (diziendo que y a via audo copula) fue causa de la dispensacion. Y el Papa si sapiera la verdad en ninguna manera concederia la tal dispensacion, o no la concederia tan facilmente. Y agora la tal copula sea causa final, agora impulsiva, mediata, o inmediata, total, o parcial, pues al tiempo de la imprepcion y relacion auia de ser verdadera la tal causa y copula passada, y no basia que lo sea despues, segun Panormita in cap. quia circa, de confangunit. & affinit. La qual entonces no fue verdadera: y assi fue subreptita, sicuter facia. Y por coniguiente la dispensacion fue nulla: pues fue contra la forma de la comision del Papa, que dispensasse aquél perlado, si era verdadera la relacion, que se bió al Papa, a la qual tambien se remite el perlado en la dispensacion que bió. Y assi dice esta segunda opinion en este primero punto, que no pueden haver vida maridale: y que es necessaria otra dispensacion del Papa, haciendole relacion verdadera, y de la fabucion que vivo en la dispensacion passada: y assi mas facilmente dispensara, o suplira la falta passada, viendo que ay algun tiempo que estan casados in facie Ecclesie, &c. Y esta opinion es mas comun, y mas verdadera. Hac Corduba; cui adde Vegam in summa part. 1. cap. 88.

3. Sed ego astero, quod si Papa dispensaret cum confanguineis, allegata copula, ex qua mulier iacturam famam passa est, & inde scandala subsequenda, & ea copula non esset habita, tamen verum esset, mulierem iacturam famam passam esse, & inde scandala subsequenda cum dispensationem non sibi subreptitiam. Et ita docet Sanchez lib. 8. disp. 2. 1. n. 45. Bonac. de legibus. disp. 1. quæst. 1. p. m. 4. §. si vere conceditur, & Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 6. num. 386. Probatur haec opinio: non sola copula cum confanguineis, cum crimen incestus sit, non potest, recta iustitia. Principe inquietare ad dispensandum, vt bene docet Couartuu. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 10. n. 13. Immo haec copula difficultatem reddere solet dispensationem, ac proinde iniungitur illis penitentia compositionis cuiusdam pecuniariae. At vero infamia, & scandala inde fecuta, & quod mulier remuneret innupta, præbent iustum dispensandi causam. Cum ergo haec causa vere sit, valebit dispensatio. Et confirmatur, quia Pontifex, seclusa copula, ob solam iacturam famam feminae, ac timorem, vt ob id innupta maneat, solet dispensare. Et hanc opinionem videtur etiam aperte tenere Gaeta can. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. q. 134. & num. 365. vbi ait, valeat dispensationem impetratum a Pontifice ex falsa relatione initi, & consummati matrimonij inter confanguineos; cum tamen nondum esset consummatum; quia similiter, immo facilius, non habita consummatione, solet dispensare.

4. Et ideo præter Doctores citatos, hanc sententiam tenet nouissime Amicus tom. 5. disp. 6. sect. 8. n. 150. vbi sic ait. Ex his colligitur, quod dispensante Papa cum confanguineis, allegata copula pro causa & infamia mulieris cum scandalo seculata, etiam si copula habita non esset, modò infamia cum scandalo seculata foret, valere dispensationem: quia adhuc manet causa finalis mouens Ponitificem ad dispensationem cedendam, quæ est ad consulendum famam mulieris, & ad vitanda scandala ex prælumpita copula seculata: est enim copula solùm materia, & occasio, non ratio mouens ad dispensationem concedendam. Ita

Sup. hoc in
Ref. 101.
propter

6. min-
mum.
la exp-
teute

7. finita
spen-
explic

7. pond-
causa
ad dif-

placu-
nalis
bus, &

te, &

vna za-
ten-

caufa
dispen-

Antic-
mulcer-

8. &
dubiu-
norat.

cau-
le con-

Anton-
palam-
vel C

Sed ad
Episco-

Anton-

luffig-

bita p-

predi-

illus

ticef

De Dispensationibus. Refol. CXIX.

249

ille; cui etiam adde Texedam tom. 2. lib. 4. tract. 3. numer. 9. & Portel in respn. moral. tom. 2. casu. 49. non. 4. cuius verba hic non grauabor apponere; sic enim affect. Si petatur dispensatio ad contrahendum cum consanguinea, & allegetur pro causa, quod copula praecedit, quae tamen reuera non praecedit, dispensatio nulla est, quia narratur vna tantum causa, & illa est falsa. In omni dispensatione Papæ semper intelligit hæc conditio, si preces veritate nitantur. Evin hoc casu narrata vna tantum causa, & illa falsa, preces non nituntur veritate. Bonacina num. 8. vbi addit, quod si petatur dispensatio à Papa ad contrahendum cum consanguinea, allegatis multis causis copulatis, videlicet, quia praecedit copula, & est periculum scandali, & infamiae inde subitorum, valet dispensatio, etiam si copula non praecedit: quia Papa solet illam dispensationem concedere ob solum periculum infamie, quod ibi verè intercessit, & proinde preces veritate nituntur, licet illud de copula falso fuerit. Addit quod quando narrantur duæ causæ dispensatione, sufficit quod aliqua illarum sit vera, & valida sit dispensatio. Ita Portel.

5. Vnde occasio huius questionis querendum est in generali; An si in ipsa petitione plures propontantur cause, debeant omnes, ad hoc, ut dispensatio valida sit, verificari? Affirmat alij apud Sanchez diff. 11. num. 43. de dispens. gratia, Iesus, de contentione, que ad lites inuenandas imperratur. Ratio, quia id indicat tacita clausula in omni dispensatione subinclusa, si preces veritate nitantur. vbi per preces intelliguntur omnes cause in petitione explicate.

6. Negat verò alij, quos sequitur ipse Sanchez num. 44. Idque sequitur ex nostra doctrina. Nam si expresso cause falsa finalis, quæ si verè exprimeretur, non concederetur dispensatio, dispensationem finitas. Reliquæ autem cause etiam falsæ sunt, dispensationem non irritant, eo quod adhuc illis verè explicatis, concessa fuisset dispensatio.

7. Vnde ad fundamentum opposita sententia respondit, prædictam clausulam intelligendam esse de causa tantum finali, quæ sola censetur substantialis ad dispensationem impertrandam. Nec refert, quod plurimi numeri exprimuntur; quia interdum causa finalis adquata consurgit ex pluribus causis partialibus. Hinc sit; vt si causa finalis sint plures adquatae, ex quarum qualibet concessa fuisset dispensatio, vna tantum vera sufficiat ad dispensationis validitatem. Scus quando sunt partiales, integrantes vnam causam totalem adquatae mouentur Principe ad dispensationem concedendam. Et hæc omnia docet Amicus obi. supra; que deferunt pto resolutione multorum causum in dies succedentium.

8. Sed quia accedit fermo de copula, apponam dubium, quod ex Bonacina notauit Portel in resp. moral. tom. 2. casu. 49. sic enim ait. Sequitur causa positus à Bonacina, de quo ipse ait sibi positus consulunt, qui talis est: petit Petrus dispensationem à Papa ad contrahendum matrimonium cum Antonia consanguinea, cum qua habuerat iam copulam. Papa per suas litteras commisit Episcopo, vel Confessori, vt in illo cau cun illo dispensaret. Sed antequam dispensatio executioni mandaretur ab Episcopo, copulam carnalem habuit cum eadem Antonia consanguinea. An litteræ dispensationis illi sufficiantur non solum pro copula habita ante petitionem dispensationis, verum etiam pro copula habita post petitionem antequam dispensatio executioni datur ab Ordinario? Respondet Bonacina prædictas litteras suffragari, & Ordinarium virtute facultatis sibi commissæ posse dispensare. Ratio, quia non inducitur nouum impedimentum

per superuenientem copulam, sed idem manet, ius auferendis facultas datur Ordinationam ex acti- nibus pluribus eiusdem speciei in eodem subiecto fit vnum numero accidentis. Secundò, quia irrestitus aliquo impedimento non teneretur exprimere nimirum actum, per quos impedimentum contraxit, v.g. Irregularis non teneret exprimere numerum actuum, per quos contraxit irregularitatem; vt quoties celebravit existens excommunicatus: & citat ad hoc multos, & graues Doctores. Excipit tamen ille quando aliquis facit multa homicidia sper quæ incurritur irregularitas: nam tunc in petitione dispensationis explicanda sunt omnia homicidia, quia tunc sunt irregularitates, quot sunt homicidia. Et præcepta, quia ex stylo Curiae sic exprimi solet. Tertiò probat, quia qui petit dispensationem voti à Papa, & Papa commisit Episcopo, vel Confessori, ut dispensaret: sed is post commissiōnem Papa, sed ante executionem Episcopi, vel confessoris votum iteravit, potest adhuc his talis dispensatio in voto prædictæ facultatis virtute: quod probat ex Suarez ibi citato, & Sanchez lib. 4. Decalogi, cap. 47. n. 33. Benè tamen ibi adiutur, quod si hic qui petit dispensationem ad contrahendum cum consanguineis, postquam Episcopus, vel Confessor expediet, dispensationem, copulam iterum habuit cum consanguineis; nondum contracto matrimonio, non poterit iam Episcopus cum illo dispensare, quia iam funsus est munere suo. Et præterea periam factam dispensationem sublatum est impedimentum, quod antea extiterat, non verò id quod deinde ortum fuit: & propterea si iste talis sic matrimonium contrahat, erit matrimonium nullum, quia contrahit cum vero, & novo impedimento, Ita Portel.

RESOL. CXIX.

An dispensatio super impedimento cognitionis, vel publicæ honestatis, non facta mentione de copula, sit subreptitia? Ex part. 5. tract. 14. & Milc. 2. seqq.

Ref. 28.

Sup. contens
tis in hoc ti
tulo in dua
bus Ref.
seqq.

§. 1. **V**T alibi notaui, communiter negatiuam sententiam docent, quam tenet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. dispn. 25. numer. 4. Gutiérrez in gg. Canon lib. 1. cap. 23. num. 15. Menochius de arbitriis casu. 501. Garfias de beneficio, tom. 2. par. 8. cap. 3. num. 64. & 66. adducunt Concilium Tridentinum sess. 24. c. 5. de reform. mar. & c. 2. de eo, qui cognovit consuxer. sua.

Alibi sp
ia Ref. 11.
112. & 113.
& haec intel
lige pro co
pula habita
inter consa
guineos, vel
affines, & ve
particula A
libi postea in
lin. 1. huic
textus veri
ficetur sig
nanter in
Ref. 1. huic
not. & aliis
§. postea in
annor. 1. Ref.
3. huic an
not.

2. Non definiam tamen hic notare, negatiuam sententiam quoad impedimentum publicæ honestatis docere Henrique lib. 12. cap. 3. num. 8. in glossa lit. P. & postea doctus Ochagavia de Sacram. tract. 4. de mar. quest. 11. concl. 2. num. 14. vbi ait, quod prædictum decretrum Concilij tantum intelligitur de his, qui cum impedimento diremit, consanguinitatis, & affinitatis laborarent, & non alio, matrimonii usi sunt contrahere, & probat hanc sententiam. Primò ex quadam declaratione Cardinalem relata à Marzilia lib. 3. de consangu. cap. 3, in qua Cardinales declarantes illud verbum Concilij de dispensatione careat, sic inquit. Quando scil. impedimentum prouenit ex consanguinitate, & affinitate, non autem ex impedimento justitiae publicæ honestatis, ad quod prohibitiō hæc non se extendit. Secundò probatur, quia personis impedimento consanguinitatis & affinitatis ligatis frequentius accident dicta matrimonia; ergo conueniens fuit ea strictius prohibere, leges enim malis frequentioribus sua solent adhibere remedia. Ita Ochagavia.

RESOL.